yandi conſuetudine, ut ר ducenta, ש trecenta, ת quadringenta denotet. Poſtea rurſus ex earundem illarum, de quibus vox Breſchith conflata eſt, integris appellationibus eodem modo decerpunt literas, valorem centenario majorem deſignantes: ut in voce בֵּית litera ת quadringenta: in voce רֵישׁ litera ר ducenta: ultima ש trecenta: in voce אָלֶף, litera ף octingenta: in voce שִׁין litera ש trecenta: litera ן ſeptingenta: in voce תָּיו litera ת quadringenta valet. Hi ſi conjungantur numeri annos quater mille conſtituunt. Eſt autem aſſumtus Chriſtus in cælum, & collocatus ad dextram æterni patris, victor Diaboli, mortis & inferni, anno à mundi exordio ter milleſimo, noningenteſimo ſexto, qui numerus à perfecto quater millenario deficit tantum annis quatuor, ut tradit C. Peucerus lib. de ſortibus.

DE NOTATIONE NVMErorum per literas Græcas.

Græci, ut & Hebræi, literis ſui Alphabeti numeros uſitatè notare ſolent, ſed duplici modo. Nam